poſuerũt eum ⁊c. Moraĩr eſt ſciendu;. ꝙ
vt exprimur agens maioris vtutis et pote
ſtatis. etiã effectuſ maiores ⁊ mirabiliores

facit. Nã natura diuina ẽ tante efficacie ⁊ vtu
tis. ꝙ lignũ mortuũ põt viuificare et facere
germinare ⁊ quod maius eſt. hominẽ vtu
te deitatis mortuũ ſuſcitare. ſic legit᷑ Act.
. ix. de ſancto Petro qui ſuſcitauit quandã
mulierẽ nomine tabitã. Legim⁹ etiã ꝙ hõ
mortuus ſuſcitauit mortuũ ſicut corpus he
lyſei cum eſſet ſepultũ in quadã ſepultura.
quidã volens q̃ndã mortuũ ſepelire. ꝑuit
ex impulſo ſepulcꝝ helyſei non putans eſſe
ſepulcꝝ ꝓphete. et ꝓiecit cadauer intus. q̃d
cum tetigiſſet corpus helyſei. reuixit homo
vt ht̃. iiij. regũ. xiij. Q; aũt ſuſcitauerit A
quis ſeipſum ꝓpria virtute. non legim⁹ de
aliquo niſi de xp̃o qui eſt agens fortiſſimũ.
hñs vtutẽ ſup omnia. hic etiã habuit pote
ſtatem reſurgendi. Iohãnis. vi. et de cele.
miſſ. in quadã. poteſtatẽ habeo ponẽdi ani
mam meã et iteꝝ ſumẽdi eam. In quibus
verbis notat᷑.
Exaltatõ ptãtis. ibi. Poteſtatẽ habeo.
Transformatõ venuſtatis. ibi. Po. aĩam.
Certificatio nouitatis. ibi. Et iteꝝ ſu.
Dico nãq; primo. ꝙ in chriſto fuit ſũma
exaltatõ. Iuſtũ nanq; ⁊ ꝯgruum eſt. vt di
gnitate et honore iſte alios antecedat. q̃ la
bore ꝓlixiore ceteros ãnceſſit. Vnde. C. d̃
officõ mgr̃i officioꝝ. l. Nemo. Is gradu ce
teros antecedat. quẽ ſtipendia meliora vel
labor ꝓlixior fecerit anteire. et. C. de re mi
litari. ꝯ publicã. Honoris augmentum nõ
ambitõe ſed labore ad vnũquemq; ꝑuenit
euenire. Cum ergo ſaluator nr̃ maxima hu
militate ſe vltra hoiem hũiliando. nec quie
te ſed grauiſſimo labore pugnãdo in cruce
forte; gigantem dyabolũ ſupauit. digne ⁊
iuſte ſtipendiũ excellentiſſime ptãtis et ho
noris ſumpſit reſurgẽdo. Mathei vltimo.
Data eſt michi oĩs ptãs in celo et ĩ terra
quia ſup machinã infernalẽ mundialẽ ⁊ ce
leſtem reſidet. et oĩs creature eius imꝑio
ſubiugant᷑. quã iuriſdictõnem vniuerſalem
ſue exaltatõis hodie ſibi collatã non oñdet
vſq; ad iudiciũ tunc iudicabit viuos ⁊ mor
tuos. et inimici eius ponent᷑ ſcabellũ pedũ
eius. roꝝ. xiiij. In hoc xp̃s mortuus ẽ et re
ſurrexit vt mortuoꝝ ⁊ viuorum dominet᷑.
Hanc etiã exaltatõnem oñdit Paulus ex
preſſius ad Phil. ij. Deus inquit exaltauit

illum. ꝛ dedit illi nomē qđ eſt ſup oē no. ꝛc.
B vſqꝫ. dei patris. ¶ Figurat xpus ꝑ ſuā po
tentiam ꝛ ꝑtātem ꝑ Herculem militē fortē
đ quo narrat Ouidius li. i. qui ſua virtute
et fortitudine athcolū deū fluminū triūpha
uit. Hic eñ athcolus voluit ſibi đſponſare
filiam pulcerrimā regis calidanie ſed hercu
les noluit hoc ꝯſentire. quinimmo ſibi ipā
voluit in matrimoniū copulare. Quapꝑter
cum de verbis athcolus et hercules veneſt
ad verbera. diu pugnatū eſt inter eos. ſed
cū athcolus fortitudini herculis ꝑualere nō
poſſet. ſed ꝑſſus ſub ipo iaceret cōuertit ſe
ad artes. et ſub ipo mutauit ſe in agnum. ꝛ
ſic ſup herculem eſt collapſus qui nec duꝫ
ſic herculis potentiā ſuperaret. mutauit ſe in
thauꝝ cuius cornua hercules fortiter tenēs
ipm ad terram ꝓſſit. ꝛ vnū cornu ſibi fregit
eū ſupauit. ꝛ puellam copulauit. et eā ſecuꝫ
ducens. venit ad flumē qđ tranſire nō po
tuit. venit gigas centhaurus qui ad portan
duꝫ deianiram. ſ. puellā vltra aquā ſe obtu
lit. vt ſic hercules facilius poſt tranſiret. gy
gas vero cū iam tranſiſſet. puellā cognoſcerē
voluit. ſed hercules emiſſa ſagitta venenata
qua ſcꝫ ydram ſerpentē occiderat. centhau
rum occidit. Qui dū moriebat᷑. camiſiam
quandā in ſuo ſanguine. iam ꝑ ſagittā vene
nataꝫ intinxit. et deianire quaſi incitamētū
amoris dedit. ꝛ ꝙ quicūqꝫ camiſiam indue
ret ipſam dantē ſumme diligeret aſſeruit. et
iratum maritū reconciliare poſſet. Que pꝰ
zelotipa facta. viꝝ ad amorē trahere volēs.
camiſiā ſibi obtulit. ꝛ ſtatim venenum car
nes eius incendit. Ipſe ergo cū ineuitabilē
vreretur. morteꝫ accelerauit. magnas arbo
res fregit. ꝛ ſtruem lignoꝝ parit. ꝛ ꝑ dolore
in ignem ponit᷑. Ibiqꝫ mortalitate conſum
pta a ioue pr̄e ſuo in celuꝫ vehitur ꝛ ſtellifi
catur. Sic contingit qñqꝫ in fatuis mulieri
bus. putantibꝰ in eſcis quibuſdā. vel herbiſ
viris dare incitamētum amoris. propinan
tes toxicū mortis. Ad ꝓpoſitū. iſte hercles
fortiſſimus. ſ. xps. vt aīam deſponſaret ſibi
dyabolū fallacem hn̄tem duo cornua. ſcilꝫ
aſtutiam et fortitudinē ſubiugauit ꝛ trium
phauit. et copulata anima eā ꝑ flumē labili
tatis et vanitatis huius mūdi vehere ñ potuit
quin ꝑ dyabolū gigantē ſeduceret ꝛ corrū

peretur vicijs. et camiſia dotaretur penalita
tis ꝛ infirmitatis. Hāc camiſiā. ſ. carnis pena
litate infectā. chriſtus amore aīe induēs
vulneratus eſt ad cor. et ſtruem lignoꝝ cru
cis colligens in mōte caluarie ardentiſſimo
amore inflāmatus ꝛ accenſus deo pr̄i ſe ob
tulit. qui euꝫ ſtellificauit claritate. ꝛ ſup oīa
C poteſtate ꝛ virtute exaltauit. ¶ Sꝫ querit᷑
que ptās chriſti maior fuerit. creatōnis vel
reſurrectōis. an impij iuſtificatōis. Dico ꝙ
iuſtificare impiū eſt maioris virtutis ꝛ pote
ſtatis qꝫ poſſe creare celū ꝛ ſuſcitare mortu
um. Qđ ꝓbatur ꝑ Auguſtinū triplici rōe.
Primo ſic. quia creando mūdū xps adiuto
rio nō indiguit. cū ſit verus deus qui crean
do adiutoriū nō hūit. nec etiā reſurgendo:
Iuxta illud yſa. xl. Quis adiuuit ſpm̄ dñi
aut quis ꝯſiliarius eius fuit. Sed in iuſti
ficando impiū requiritur liberū arbitriū impij
tanqꝫ adiutoriū. ſine cuius conſenſu gratia
ſancti ſpūs coopans nō infundit᷑. Vñ augꝰ.
Qui creauit te ſine te nō iuſtificabit te ſine
te. Et ideo dic̄ Aplūs. i. corit. iij. dei adiuto
res ſumus. ſ. ꝑ liberū arbitriuꝫ. Secūdo quia
deus creauit oīa ſolo verbo. iuxta illud pſ.
Dixit ꝛ facta ſunt. Cūq̄ reſuſcitauit ſe a mor
te ꝓpria virtute. ſed ad iuſtificādum impiū
neceſſarius fuit ſanguis xpi. ad Ro. v. Iu
ſtificati in ſanguie ſuo ſalui erimꝰ ab ira per
ipm. Tercio in creando vel reſurgēdo nulla
eſt reſiſtentia. iuſtificādo aūt homies freqn̄
ter reſiſtūt. ſicut dic̄ actuū. vij. Semp ſpūi
ſancto reſtitiſtis ꝛc. Patet ergo pmū.
¶ Dico ſecundo. ꝙ in xpo fuit venuſtiſſima
tranſformatō in eo ꝙ moriendo aīam depo
ſuit paſſibilē et iteꝝ impaſſibilē et clarifica
tam aſſumpſit. et etiaꝫ corpꝰ clarificauit. qđ
ex mortali factū eſt immortale. paſſibili im
paſſibile. opaco clarū. tardo agile. et groſſo
ſubtile. Et hec tranſformatio fuit tante virtu
tis ꝛ efficacie ꝙ hāc ꝯditōem oīa corpa bea
torum ꝑticipabūt. ꝛ tranſformabūtur in oī
bus ſenſibꝰ. ſic ꝙ hi ſenſus qui in hoc mūdo
in multis pigritāt. in patria ſine oī tedio
erūt in omni voluptate reſpectu obiectoruꝫ
ſuoꝝ. Auditus in ſono dulciſſimo. viſus in
gratiſſimo viſibili. guſtus ī dulciſſimo cibo
D et ſic de alijs. ¶ Dicūt enim doc. ꝙ ſtatus
beatitudinis multū excedat ſtatū innocētie

ſed in ſtatu inocẽtie tãta fuiſſet delectatio in
viſione vni⁹ ſtelle. quãta nũc in viſione ſol'
Et in auditu. in ſono vnius venti ſicut mõ
de ſono melodie optime. quãta igiẗ delecta
tio erit beatitudis in viſione corpis xpi glo
rificati. et quinqȝ cicatricũ. que ſup omneȝ
pulcritudinẽ ſicut gẽme pcioſiſſime rutilãt
atqȝ mentẽ delectãt. Vñ ſicut dicũt aliqui
ſi vnũ corpus gl'ificatuȝ ſtaret in celo. ⁊ tot
cẽnt ſoles ꝗt ſtelle ſunt ĩ celo. adhuc mille
ſies clarius vni⁹ corpis gl'ificati fulgeret et
delectaret aſpectus. et ſua claritate omnes
extingueret ſoles. ſicut nũc ſol oĩs ſtellas.
Mat. xiij. Fulgebũt iuſti ſicut ſol in regno
patris eoꝝ. Et multo clari⁹ ⁊ delectabilius
corpus xpi glorificatũ. q̈d tantam habet cla
ritatẽ ⁊ pulcritudinẽ. quantã oẽs habent
ſimiliter btã virgo in aureola ⁊ ſpeciali d̈co
re ceteros oẽs excedit. ¶ Item corpus glo
rificatum eſt tam agile ſicut angel⁹. Unde
Aug. de ciuitate dei. xx. vbi vul⁊ ſpũs ibi p
tinus erit et corpus. Sed queriẗ an glorifi
cati in celis vnqȝ exeant ad videndũ penaȝ
damnatoꝝ. Rñdet magiſter. iiij. ſniaꝝ di.
xlv. Q, electi egrediũẗ nõ loco. ſed intelle
ctu ⁊ manifeſta viſione. ad videndũ crucia
tus eoꝝ nec in hoc afficienẗ dolore. ſed ſatu
rati leticia grãs agunt de ſua liberatõne. vi
ſa inenarrabili calamitate impioꝝ. ¶ Di
co tercio ꝙ in xpo fuit recta ⁊ ordiata certifi
catio nouitatis. ſ. ſue reſurrectõis. qꝛ xpus
hodie reſurrexit et appuit non fantaſtice ſic
Entbicius pẗiarcha conſtantinopolitanus
aſſeruit. ſed vere. dixit eñ idem patriarcha
ꝙ chriſt⁹ corpus fantaſticũ reſumpſerit. Cõ
tra quẽ btũs Grego. miſſus vt hẽ. xiiij. mo
raliũ duo fecit argumẽta. Primo ꝯ primũ
quo dixit ꝙ xps ſumpſit corpus fantaſticũ
arguit ſic. Impoſſibile eſt ꝙ certitudo acq̃
ratur ex re dubia. qꝛ oportet pmiſſas magiſ
eſſe veras. qȝ concluſiões. cũ veritas ꝯcluſi
onis depẽdeat ex pmiſſis. Sed tu dicis ꝙ
oñdebat corp⁹ ill'd ad declarandã veritatẽ
fidei. ergo ſi corpus ñ fuerit veꝝ nec palpa-
tio fuit veri corpis. Quomõ ergo pt pbari
ex tali re incerta. res certiſſima. Scd'a ratõ
qñcunqȝ quis pbat aliquod certum ex aliq̃
falſo. illa pbatio ẽ fallax ⁊ ſophiſtica. Sed
xpus g re pbat ex falſo ſuã reſurrectõnem.

ergo illa pbatio ⁊ oñſio fuit fallax. quo d̈ nõ
eſt dicendũ. Entbicius cõuictus ⁊ ĩ morte
ab errore ad fidem puerſus. dixit. ſumens
carnẽ ſuam vere illa reſurget. et ſic deceſſit ĩ
fide. ¶ Ordo eñ certificatõis reſurrectõis E
fuit talis ꝙ pmo apparuit matri vt dic ſedu
lius. et euidentiſſime mãifeſtaẗ. ⁊ expſſe po
nit beatus Ambro. li. ij de v'ginitate. Cui⁹
ratio eſt. quia ipſe fuit q̃ ſola materналr paſſa
ſecum fuit. ⁊ ſpũalr oĩa que ipe paſſus ẽ. ip
ſa etiã corde et anima patiebaẗ. Vñ d̈ berñ.
Sicut maiori gaudio ſequiẗ maior triſticia
et ecõuerſo. Sic maxim gaudiũ xpo hodie
ꝙ poſt ſuaȝ amarã paſſionẽ primo oñderet
ſe ſue matri ⁊ aliis electis. Hoc etiã fuit ma
ximũ gaudium v'ginis ĩ pñti tempe. Qua
ppter angeli ppter ill'd gaudium admonẽt
Mariam. et laudant notabili cantico. non
hũanitus. ſed angelice inuento ⁊ ꝯpoſito. ſ.
Regina celi letare all'a. ⁊c. Secũdo appuit
Joſeph ab arimathia in carcere. quo iudei
ipm incluſerãt die veneris in ſero. ⁊ ipſum
occidere ppo nebãt. ſed ppẗ ſabbatũ obmit
tebant. quia nocte xpm tradidit ſepulture.
Vñ dum Joſeph oraret media nocte ſeu
poſt mediã nocteȝ ſuſpenſa dom⁹ a quatuor
angelis. vidit Jhm in fulgore lucis et pre
timore cadens in terrã. Jheſus euȝ leuauit
dicẽs. Noli timere Joſeph ⁊ vide qꝛ ego
ſum. reſpiciẽs in eum putauit eũ eſſe helyã
Rñdit iheſus. Non ſum helias. ſed iheſus
cui⁹ corpus ſepeliſti. ⁊ educẽs eum d̈ carce
re oſtio clauſo. duxit eũ ad locum ſepulẗe.
oñdens ſibi ſyndonẽ ⁊ faſcile in quo caput
eius inuoluerat. ⁊ tũc cognouit. quia ihũs
erat. et adductus in domũ ſuã in arimathiã
Jhũs diſpuit. vt patȝ ex euangelio Nyco
demi. Tercio appuit Magdalene. licȝ mar
cus dicat xpm ſibi primo appuiſſe. q̈d itel-
ligendũ eſt de apparitionib' diurnis. qꝛ alie
due fuerũt nocturne. ſ. añ diluculũ. poſtqȝ eñ
magdalena cũ aliis mulierib' ad monumẽ
tum venit. ⁊ rediret nunciauit diſcipulis.
quia vidit dñm. rediit iterum cum Johan
ne ⁊ Petro. Et iſtis tunc recedẽtib'. Ma-
ria nõ recedebat de monumẽto ibi plorans
et tunc iteꝝ appuit ſibi xps in ſpẽ ortulani.
Quarto apparuit mulierib' aliis quia poſt
qȝ magdalẽa vid'rat dominũ ſtatim iuit et

nunciauit mulierib⁹ alijs que ſecū primo ve
nerāt ad monumētum ⁊ crediderūt omnes.
Et dum oēs ſimul irent nunciare diſcipul'
in via apparuit eis xp̄us. vt dic̄ Math. vi.
Auete. Quinto apparuit Petro. qꝛ mulie'
res dixerunt diſcipulis ſe vidiſſe dn̄m ſuū
Surrexit petrus ſolus ⁊ redijt ad monumē
tum qui prius iuerat cū Johāne et tūc cre
didit ꝙ ſibi xp̄s apparuerit. licꝫ Lucas tace
at horam aſſerit tn̄ apparitōis dic̄. Sexto
appuit Jacobo minori. qui feria ſexta deuo
uerat ſe non comeſturꝫ. donec chriſtū viuū
videret. Hanc apparitōnem nō ponit euan
geliū. ſed Ap̄lus eam recitat. i. corꝫ. xv. Et
etiam ordinē. quia primo dic̄ apparuiſſe pe
tro. poſtea Jacobo. Septimo appuit duo
bus diſcipulis euntibꝫ in emaus. ſicut cras
in euangelio dicet̄. Octauo apparuit decē
diſcipulis abſente Thoma. pn̄ter apparuit
vt habet̄ in paſſionali

## ¶ Tercia pars in qua

notatur celebritas gaudioſa legatiōis. ibi.
Sed ite dicite diſcipulis. Notandū ꝙ ſicut
fuit ꝓgreſſus in prima temptatōe mortis in
mulierē ⁊ a muliere i virꝫ. Sic in prima an
nunciatōe vite glorioſe. fuit ꝓgreſſus ab an
gelo in mulierē. et a muliere in virꝫ. ſic col/
legium ap̄licum. Et vt celebritas oñdatur
dicit̄. ⁊ cito euntes ⁊c̄. Dicite ergo diſcipu
lis eius. nō amatoribꝫ mūdi. et pe. qd̄ dicit
principaliter ꝓpter principalitatē inter di/
ſcipulos. tum qꝛ euidentius cecidit timore
paſſiōis vt prius reſurgat ꝑ fidē et ſpem re
ſurrectōis. tū quia ne deſperet de reconcilia
tione ꝓpter magnitudinē apoſtaſie qꝛ ſurre
xit a morte ad vitam. a lymbo ad mundum
ab inferis ad ſupos. a ſepulcro tenebroſo
ad lucem ſempiternā. Et p̄cedet vos ſcilicꝫ
corpaliter in galileam. i. localiter. ſicut. ſ. p̄
dixit eis ſup̄. Poſtꝙ̄ ſurrexero p̄cedā vos
F in galileā. ¶ Moraliter circa verba thema
tis querit̄ an illa legatō reſurrectōis conue
nienter fuerit facta mlieribꝫ et commiſſa ab
angelo. Et vidē ꝙ non. di. xxiij. Mulier ꝙ̄/
uis docta ⁊ ſancta. viros docere in cōuentu
non p̄ſumat. ex concilio carthagineſi quar
to. Quia ſemel mlr̄ docuit et mōm ſubuer
tit ſm ap̄lm. In oppoſitū. ite dicite diſcipu
lis eius. Dico ꝙ decuit. Primo qꝛ vt mlr̄
fuit nuncia delicti. Geñ. iij. vbi temptacio
ſerpentis tranſiuit ad virꝫ ꝑ mulierē. ſic ⁊ fi
eret nuncia gaudij. Hanc ratōnem tangit
Cris. Secundo ꝓpter honorē feminei ſex⁹
Nam ſexus virilis decorat̄ in xp̄o reſurgen
do. ſed feminei⁹ in mulieribꝫ nunciantibus
Niſi eñ mulier nūciaſſet. a portōe debiti ho
noris in dn̄ica reſurrectōe excluſa fuiſſꝫ. qd̄
nō cōueniebat diuine iuſticie. que nō accipit
perſonas. Actuū. x. Tercio hoc voluit dn̄s
vt quod p̄ceſſerat in merito. p̄cederet in p̄/
mio. et qm̄ mulieres plus amauerant. quia
diſcipulis recedentibꝫ n̄ recedebāt. ſed cō
ſtantiores fuerāt. quia eū nō negabāt min⁹
peccauerant. et qꝛ viri non mulieres eū oc
ciderant. Mulieres eius mortē plangebāt
ſed viri ei illudebāt. ideo dn̄s in legatōne
reſurrectiōis eas p̄tulerat viris. Ad autori
tatem ꝯtriam dicit Ambro ꝙ licet mulier n̄
ꝑmittat̄ in eccl'ia docere in publico non tn̄
ꝓhibetur a doctrina domeſtica. q̄ fit ꝑ fami
liarem allocutōem. et priuatā exhortatōem
Et hoc mō ꝯmiſſa eſt mulieribꝫ denunciatō
dominice reſurrectōis. ſcꝫ vt ap̄lis earꝫ dome
ſticis eam referrent p̄uata ⁊ domeſtica allo
cutiōe. reſuata tn̄ apoſtolis eius reſurrectio
nis publica p̄dicatōe. Dixit ergo angelus.
Jte dicite diſcipulis ei⁹. In quibꝫ verbis
tria dant̄ documēta per que chriſtū glorioſe
reſurrexiſſe hodie cū mulieribꝫ p̄dicamus ⁊
videre cū diſcipul' meremur. ſi ea monitiōe
ā̄gelica adimpleam⁹. ¶ Debemus igr̄ p̄mo G
Jre viā virtutis mētis integritate. ibi Jte
Dicere verbū ſalutis. ibi. Surrexit vere.
Adherere xp̄o ⁊ diſcipulis firmitate. ibi. di
cite diſcipulis.
Dico primo ⁊c̄. Nam ſcd̄m Galienū ⁊ ali/
os medicos loq̄ntes de regimie ſanitatis.
Cupiens eſſe ſanus. poſt cenā factā ambu
lare quis debet. Quare philoſoph⁹. ij. phi
ſicorꝫ dic̄. Poſt cenā ambulare eſt cā ſanita
tis. Sic etiam ſpūaliter qui ſanitatē anime
habere conat̄. refectus cibo celeſti ſcꝫ corpo
re xp̄i. cena facta ambulare debet in ꝟtutibꝫ
que eſt via ſolacioſa. floribus ornata. ⁊ omī
delectatione plena. Hec via ē via recta. via
dei in qua inuocātes eū exaudit. Hieremie
xxix. Ibitis et adorabitis me ⁊ exaudiā vos

Qui enī hodie in medio vie virtutū ambu
lant. hñtes corpus xp̄i ſecū. nec ꝓpter ꝓſpe
ra nec aduerſa declinant. ibūt directā viam
ad eternam beatitudinē. vbi omīa q̄ deſide
rant habebūt. Figurat̄. i. Re. vi. vbi dicit̄
ꝙ philiſtini tollentes duas vaccas q̄ lacta
bant vitulos. iunxerūt ad plauſtꝝ nouum
ſup̄ qd̄ archa dñi poſita erat. vitulosq̄ eoꝝ
domi recluſerunt. et archā apd̄ bethſames
ducere decreuerūt. Ibant ergo in directum
vacce ꝑ viā que ducit bethſames. ⁊ itinere
vno ꝑgebant. nec ad ſiniſtrā declinabāt. nᵉ
ꝓpter vitulos qui domi remāſerant a cepto
itinere deuiabant. ſed ſolū ꝓpter eos mugie
bant. et plauſtꝝ arche dñi recto itinere defe
rebant. Per bethſames que interꝑtat̄ do
mus ſolis paradiſum intelligo. vbi ſol iuſti
cie id ē xp̄s regnat. yſa. xix. Ciuitas ſol' vo
cat̄. Per vaccas deuotas ꝑſonas. q̄ iugo
dñi ſunt ſuppoſite. ⁊ ad plauſtꝝ xp̄iane reli
gionis corrigijs ꝓmiſſionū ꝑ man⁹ ſacerdo
tum et miniſtroꝝ dei ſūt ligate. Per vitulos
eoꝝ delectatōes carnis ⁊ vanitates mundi
aſſumo q̄ vſq̄ ad huc enutrite. hodie et p⁹
ſeparari deñt ⁊ claudi ne reaſſumant̄. Sup
has deuotas ꝑſonas poſita eſt archa domi.
id ē corpus xp̄i. archa totius deitatis. qd̄ re
uerenter ſicut caritate ⁊ gr̄a combinate du
cere dñt ꝑ viam virtutis vſq̄ ad terminū
vite ad domū ſolis iuſticie. i. celuꝫ vel ꝑadi
ſum. nec ꝑ recidiuam ad priora mala decli
nare ad dexteram delectabiliū. nec ſiniſtraꝫ
ſcꝫ nec excedere. nec deficere nimiū. Nā ſcḿ
ph̄m. extrema ſunt vicioſa. ſꝫ ſolū in medio
vbi ꝯſiſtit virtus ire. vt quilibet dicere poſ
ſet cum p̄s. Pes meus ſtetit in directo.
h Sed heu licet hodie multi pedē affectio
nis fixerūt ad iter rectū tamen cras pedem
retrahunt. ⁊ poſt vanitates mugiūt. qd̄ val
de ꝑiculoſum eſt. Unde legit̄ ꝙ quidā poſt fe
ſtum paſce ⁊ ſumptōem corꝑis xp̄i laſciuijs
et ebrietatib⁹ ſunt relapſi. q̄s deus ꝓpri⁹ pu
niuit. ⁊ ex ore eoꝝ fetidiſſimi ſanguis fluui⁹
emanauit. ad quoꝝ īteriora retrorſus illos
ſuffocabat. ſubito etiā tanta pluuia inunda
bat. vt eoꝝ poſſeſſiones cū omnib⁹ fructib⁹
et ſegetib⁹ penitus ꝑirent. vnde etiā exorti
ſunt dracones peſtiferi. qui homies ad eoꝝ
poſſeſſiones. nᵉ ingredi nec egredi ſinebāt

vſq̄ ad mortē. Sup quo vir deuotus exo
rauit. Cui angelus dñi rñdit dicens. Que
ſo te. ſi quis ꝓditorie filiuꝫ imꝑatoris. in fe
tidiſſimo. et obſcuro carcere ꝯcluderet. qd
de eo fieri deberet. Rñdit vir dei. dēberet di
laniari. Cui angelus. Et quid de illo qui ar
chā corꝑis xp̄i in luto fetidiſſimo coraꝫ ho
minib⁹ inuoluit. Cui vir. vt hereticus et ſacri
legus debꝫ cremari. Et angel⁹ nunq̄d tales
ſunt et talia cōmiſerūt ꝓ quib⁹ oēs qui in
die paſce ſacramētuꝫ ſumpſerūt. et poſtea ſe
vanitatib⁹ ⁊ ebrietatibus īmiſcentes dñm
ſuum ſpreuerūt ⁊ reliquerūt. Dico ſcd̄o i
⁊c. Dignum nanq̄ eſt vt ei honorē laudis
impendam⁹ q̄ glorioſe triumphādo hodie
eſt ab inferis ad nos reuerſus. Eſt enī regu
la iuris li. vi. ⁊. ff. e. l. ſcḋm naturam. Qui
ſentit onus. ſentire debet ⁊ cōmodū. Unde
et romani victorib⁹ magnū honorē pſallen
do ⁊ cantādo fecerūt. qui hoſtib⁹ ſuꝑatis ro
mam redierunt. Sic etiam p̄mi regū. xvij.
legit̄ de Dauid. qui poſtq̄ Goliam quin
q̄ lapidib⁹ occidit ⁊ ꝑplm eius vicit. reuer
ſus. mulieres in eius laudē cecinerūt et di
xerunt. Saul ꝑcuſſit mille. et Dauid decē
milia. Et exo. xv. dicit̄ ꝙ qn̄ dñs liberauit
iſrael de manu egiptioꝝ. ⁊ viderūt egiptios
ſuꝑ litus maris. tūc Moyſes cecinit carmē
hoc ad laudem ⁊ honorē dñi d. Cantemus
dño. glorioſe eniꝫ magnificatus eſt. equum
et aſcenſorē deiecit in mare. Mꝫ fortitudo
mea ⁊ laus mea dñs. ⁊ fact⁹ ē mihi ī ſalutē
⁊c. Et maria ſoror Moyſi ⁊ Aaron ſump
ſit tympanū in manu. egreſſeq̄ ſunt omes
mulieres poſt eam cū tympanis ⁊ choris q̄
bus p̄cinebat dicēs. Cantem⁹ dño. glioſe
Cū ergo hodie dñs ⁊ ſaluator nr̄ hoſtibus
noſtris ſuꝑatis ſurrexit. dicere ⁊ cantare de
bemus ad gliam et honorem de triumpho
eius. Surrexit chriſtus hodie. humāo pro
ſolamine. Chriſt iſt erſtanden von der mar
ter alle des ſollent wir alle froe ſyn. chriſt
ſol vnſer troſt ſyn alleluia. Pſal. Gloriaꝫ
regni tui dicent. ⁊ potentiā tuam loquent̄.
Ut notam faciant filijs hoim potentiā tuā
et gloriam magnificētie regni tui. Dico k
tercio ꝙ debemus chriſto cū diſcipulis fid
liter ⁊ firmiter adherere Inutile nāq̄ eſſet
aliqd̄ magnū negociuꝫ inchoare ⁊ anteq̄ ꝑ

ficiatur ab eo cessare. Nōne qui cosᵗꝫ vl' do
mum cepit edificare. nec vult ꝯsummare la
bores ⁊ expēsas amittit. Sic qui deo illo sa
cro tempꝛe fuiuit ieiunādo. orando. elemo
sinas frequētando ⁊ hmōi. vt sibi sedem et
locū in celo ꝯstrueret. sup hoc ꝯfessus et cō
municatus. nichil sibi ꝓderit nisi in dei ſui
cio pseuerauerit. vñ Grego. in moralibꝰ et
recitaᵗ de peni. di. iij. Incassum quippe bo
num agiᵗ. si añ vite terminū deseratur quia
et frustra velociter currit. qui priusꝗ̃ ad me
tas ꝑueniat deficit. Nulli dubiū quin pl'es
deuote ꝑsone sint hñtes ꝓpositum de cetero
firmiter deo ſuire. et in eius ſuitio vitam fi
nire. sed dyabolus ꝑ suam astutiā tales im
pedit. vnā ꝑ diuitias. aliam ꝑ delicias vl' ho
nores ꝙ pauce ad finem debitū ꝑueniant.
a ¶ Quod ondiᵗ in fabula Ouidij libro. x
meba. in athlante cenei filia pulcerrima. q̃
a responso deoꝛuꝫ hūit ꝙ vita caritura esset
si alicui nuberet. que territa ꝯiugium fugie
bat ⁊ siluas frequētabat. veꝝ quia velocissi
ma erat cursu. statuit vt quicūꝗ̃ ipsam in ꝯ
iugem hr̄e vellet. prius cū ipa cursu conten
deret. et si eam posset supare eius cōnubio
frueretᵗ. Si vero supatus ab ipa existeret ca
pite truncaretᵗ. Cuꝫ igiᵗ pl'es sub hac lege
eius cōnubia petissent et victi capita perdi/
dissent. affuit ypomenes thebanus iuuenis
qui lege cōtentus. cursu contēdit cū virgīe
et eius motus spē. sperat insupabilē supera
re. Virgo aūt audacie ꝯpatiens sibi dissua
debat cōiugiū. ypomenes vero ad veneris
fugit oraculum. et eius in hoc negocio petit
opem. Venus ergo miserta iuuenis tria ei
poma largiᵗ ⁊ qualiter vteretᵗ eisdē instruit
Ambo igiᵗ cursum simul arripiunt. sed cito
post virgo p̄terit fatigatum. qui vinci metu
ens p̄mū pomū ꝓiecit in obliquū. qđ admi
rans virgo ad pomū diuertit đ stadio. ⁊ sic
spacium transeūdi sibi dedit. Cū ergo hoc
iam ter fecisset ⁊ ꝓpter poma aurea acquiren
da virgo đ semita declinasset. ponduſꝗ̃ po
moꝝ ipam nō modicū onerassent. iuuenis
p̄mo venit ad terminū. ⁊ sic optatum assecu
tus est connubiū. Virgo illa est aīa siue de
uota ꝑsona multis virtutibꝰ ornata. que est
velocissima et mlta ꝓmittēdo. ⁊ in ꝓposito
faciendi que his tempꝛibꝰ frequēter auisata

ne peccando dyabolo cōsentiat. al's vitam
amittat eternā. Hāc ergo ypomenes. id ē
dyabolus. ne iuxta ꝓpositū currat. et termi
num vite eterne ꝑtingat. non cessat tempta
tionibꝰ ꝑsequi. ⁊ specialr̄ illo tpe vt. s. ipaꝫ
per malos ꝯsensus capiat. ⁊ pudiciciā ⁊ gra
tiam sibi tollat. Ipsa tamē qñ mō ꝑ dilicen
sum peccati fugit. et taliter ꝑ bona opa cur/
rit. ꝙ dyabolus ipam nō attingit. tunc pro
culdubio tria poma aurea. i. tria mūdi bona
. s. diuicias. delicias ⁊ honores sibi solꝫ offer
re. et cū sic circa illa aīma solet vacare. ncc̄e
habet a cursu bonoꝝ opeꝝ cessare. et a termi
no vite eterne retardari. Sic ergo fit ꝙ me
diante isto triplici pomo. i. triplici mūdi bo
no. istam vel ꝑ auariciā ꝗ̃tum ad diuicias
vel luxuriā ꝗ̃tum ad delicias. seu ꝑ supbiā
ꝗ̃tum ad eminentias ꝯsequiᵗ. et eidem per
vicia ꝯiugatur. et sic sua virginitas spūalis
violaᵗ. Quare de dyabolo p̄t dici illud ꝓ
uerbioꝝ. i. Pedes eiꝰ ad malū currūt. ⁊ fe
stinant vt effundāt sanguinē. Debet igitur
homo a cursu iusticie nō cessare nec dyabo/
lo consentire. sed firmiter ⁊ fideliᵗ vsꝗ̃ ad
terminū vite deo adherere. quia qui ponit
principiū suppleat vsꝗ̃ in finē. de cōse. di.
. i. Nullus epus. Magis eñi delinquit qui
inceptā cām dimittit ꝗ̃ qui nūꝗ̃ ad causā
venit. In auten. đ litigio. coll. viij. Ne etiā
impediaᵗ debet cauere ab omnibꝰ ⁊ abstine
re. i. Coꝛ. ix. Sic currite vt comphendatis
omis eñi qui in agone ꝯtendit. ab omnibꝰ
se abstinet. et illi quidē vt corrupabilem co
ronam accipiant. nos āt incorruptā ⁊c̄.

¶ Feria scđa Pasce.

Duo ex discipu
lis ihū ibāt ipsa die in castelluꝫ
emaus. Luc. xxiiij. ¶ Autor de
causis dicit. ꝙ virtus vnita fortioꝛ est seip/
sa dispersa. Nam acies vnita. ciues concoꝛ
des. ꝑples vnanimis. cuncta noscūᵗ vincere
pericula ⁊ euadere. Sic legimꝰ Iudicū vl.
de filijs isrl'. Qui quotiēscūꝗ̃ fuerūt vnani
mes et ꝯgregati. nunꝗ̃ fueᵗ ab inimicis su
perati. sed dispersi ꝑierūt. Hoc etiā patꝫ in
romanis. Et iō vegecius de re militari do
cet bellatores stare cōiunctos. et specialr̄ in
acie. Sic spūaliter cum om̄es simꝰ ab vno